



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

6. Septembris. Optimus parendi modus est, ut obienda[m] alacritate, nec imperii summi necessitatem, nec mandati denunciationem expectes. S. Ignat. in Testam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

Parum interest, quid de te homines sentiant. Horum discursus, & sententia perinde habenda, ac stridores culicum, aut ut ranarum è suo cœne coaxationes cœlum curant, ob quas cursum non mutant.

Quòd lutum porco charius sit, quam rosæ, quòd sordes præ margaritis æstimentur, nec harum pretio, nec illarum decori quidpiam detrahit. Non quid, sed quis te iudicet, cura.

Talis es, tantusque manebis, qualis, & quantus coram Deo es. Hujus iudicio tua vel stabit, vel cadet causa, cujus approbatione habitâ, Orbis universi sannas securus ride.

6. Septembris.

Optimus parendi modus est, ut obediendi alacritate, nec imperii summi necessitatem, nec mandati denunciationem expectes. S. Ignat. in Testam.

Invitum parere, pigrorum est animalium, quæ stimulis egent, parum proficientibus, nisi post verba, etiam verberibus urgeantur. Nobilior indoles facilius movetur.

Ut qui citò dat, bis dedisse, ità, qui citò obedit, bis obedivisse censendus, geminum

num olim præmium exspectet; unam obedientia, promptitudo alteram ejus verticis coronam imponet.

Amor, & mora litteris nihil, re plurimum differunt; ubi enim mora, ibi nec imperantis amor est, nec imperati. Nescit amor moras; ubi amatur, sine difficultate paretur.

Nec sentitur onus, quod libenter fertur; pertinacia est, quæ sibi, & aliis gravis, tedium movet. Dura nempe severiores ictus exspectant, ut statione, vel sententiâ suâ moveantur.

7. Septembris.

Errores quàmprimùm tollere debet Superior, ne si semel, iterùmve conniveat, mos in legem transeat. S. Ignat. apud Barr.

Herbæ noxiæ, nisi statim tollantur, illico se propagant; mala celerius multiplicantur; impunitas licentiam parit; dum parcit reo, innocentibus nocet; sicut qui contagionem, cum potest, non tollit.

Vis exempli pessima est in malis. Natura hominum abunde in malum proclivis non est, quòd his irritetur, sponte suâ rapitur in omne nefas. Ubi deest rigor, quod liber, licere credit.